

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Menippus sive dialogorum satyricorum centuria inanitatum nostrativum speculum

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

91. Plvrle

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107424)

fin animalium colloquia delectant, contemplare diuinas in ijs notas, quibus te abunde erudit: Precibus ad suprema quæque volabis, & animæ purissimo ascensu, deniq; Fide Christiana nõ ter-ram tantum, sed Naturam omnem emovebis, superabisq;. A. Quod tibi nomen est? B. Buttubarta, ab imposturis inditum. A. Accipe, quod jure tibi debeo, nec enim mihi unquam felicius impositum est.

91. P L V R A L E .

A. QVam parum nobis convenit. B. Itane? A. Certe in hoc, quod novis ego libellis delector, tu obsoletos & situ squalidos undique exsimo eruis. B. Fateor antiquitate mihi nihil videri eruditius, novitate nihil inanius. A. Sane qui libros hodie scribunt omnem præscam eruditionẽ spoliant, & politioẽ iterum auctioremq; pro-
 stare jubent. B. Quam bene dixisti nobis in hoc non convenire; nam si descriptio tibi placet, mihi indagatio longe admirabilior est, & ingenio humano decentior. A. Quid vero est quod hic versas? B. Ludicrum est viri quondam non mali. A. Recita mihi quæso aliquid ex vereri tuo Mundo. B. Nescio an ferre possis sed ride tamẽn mecum, En duas Etymologias; *Hergog* ducem ait componi ab *Herz* / corde, & *og* oculo præscæ prononciationis, quasi fortitudinem & prudentiam velit à principe omnino requisitam : Dein *Hofart* / ab *Hofart* derivat, quasi aulici mores superbia nunquam careant,
 H vel

vel Hofhart potius, quia ægre ibi & difficulter obtineas quod velis. A. Tenuia sunt. B. Fa-teor si aculeos negligas, sed id mihi arrisit, quod vobiffationis ut vocant in Principum re-scriptis rationem appositam reddit. A. Nonne vero id summa illorum dignitas & excellentia re-quitur, ut aliter quam nos singularia animalcula semet appellitent. B. Erras si huic credis: nam summæ potius sive humilitatis, sive humanita-tis iudicat: cum enim se homines sciant, & tanta multitudini regendæ impares, nolunt quicquam suo uno nomine definitum aut decretum, sed as-sumpto Plurali numero, petiti consilij, consen-susque auditi confessionem edere non gravan-tur: quoties igitur audias Nos, Dei gratia, sem-per unanime prudentissimorum quorumque & Patriæ curatorum iudicium subintelligendum putes, quod simul facit ad fiduciam subditis faciendam, & gloriam Deo reddendam. A. Non displicet. B. Sed & hoc adjungit. nobis non convenire, ut Principes, aliter quam in singula-ri alloquamur, latine maxime, ne exprobrare ijs consilij indigentiam, aut institutum nescire videamur. A. Id viderint palpones nostri semi-latini, quibus vestræ Severitates in ore sunt frequentes. B. Nec mea magni interest, quam fidem Codex meus inveniat. A. At si prin-ceps gloriosum hodie credat, quod olim humili-tatis fuit, aut Nos decernimus scribat, quod ille solus in vito Deo, & consilio mandat? B. Tum ille ait & majorum humanitati, & humanæ con-ditioni,

Co
tioni, & fu
ni maximam

92. C

Quid suspi
cam, cum
n perditum in
B. Mulrum d
re, quid nam p
is adderem, t
id Principib
nem prodigal
is illis velim
austorio? B.
ulus. A. Quid
marum. A. Q
nus saltus. A
minus prop
is exempli, m
consulitis? B.
Quid Medicis
A. Quid P
is supercilij.
is solidi, mi
cis? B. Plus
Quid historici
rum. A. Qui
nus pagano
pazatis, minu
tazatis? B. Pl

ditioni, & subditorum fidelitati, & Divino nomi-
 ni maximam & eluendam fieri injuriam.

92. CORNUCOPIÆ.

A. Quid suspiras ô amice? B. Vides rem publi-
 cam, cum principum, tum privatorum o-
 pera perditum iri? A. Est quod in his deside-
 res? B. Multum & multa: A. Si tibi copix cornu
 foret, quid nam potissimum concederes? B. Sing-
 ulis adderem, singulis demerem aliquid. A. Dic
 quid Principibus? B. Darem plus religionis, au-
 ferrem prodigalitati. A. Quid consularijs? B.
 Plus illis velim animi, minus privati. A. Quid
 Consistorio? B. Plus misericordix, minus con-
 sensus. A. Quid Curialibus? B. Plus peritiæ, minus
 timarum. A. Quid nobilibus? B. Plus fortitudinis,
 minus fastus. A. Quid aulicis? B. Plus temperan-
 tiæ, minus prophanitatis. A. Quid Theologis? B.
 Plus exempli, minus ambitionis. A. Quid lu-
 cifconsultis? B. Plus conscientix minus lucri. A.
 Quid Medicis? Plus experientix, minus invidi-
 x. A. Quid Professoribus? B. Plus cerebri, mi-
 nus supercilij. A. Quid Ludimagistris? B.
 Plus solidi, minus Scholasticismi. A. Quid Poli-
 ticiis? B. Plus integritatis, minus atheismi. A.
 Quid historicis? B. Plus prudentiæ, minus fabu-
 larum. A. Quid Ethnicis. B. Plus Christianismi,
 minus paganorum. A. Quid Physicis? B. Plus sa-
 gacitatis, minus credulitatis. A. Quid Mathe-
 maticis? B. Plus praxeos, minus vertiginis. A.

H 2

Quid